



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,  
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

**Busaeus, Johannes**

**Mogvntiæ, M. DCVI.**

7. De multitudine miseriarum h. vitæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70978)

dera, & aliam esse causam huius fallacis opinionis, quod plus æquo fidamus vel ætati, vel viribus & sanitati corporis, & non consideramus mille modis hominibus licet sanis quotidie abbreviari vitam.

MEDITATIO VII.

*De multitudine miseriarum huius vitæ.*

CONSIDERA, breue, incertum, & fallax, quod in vita nostra est, variis multisque corporis & animæ miseriiis esse permixtum, sic vt mors potius quam vita appellanda sit. Vnde recte Sapiens. *Occupatio*, inquit, magna creata est hominibus, *Eccl. 40.* *Et* iugum graue super filios Ada, à die exitus de ventre matris eorum vsque in diem sepultura in matrem omnium 2. considera nullum temporis punctum præterire, quo non ad mortem festinemus, *Hoc ipsum*, inquit sanctus Hieronymus, quod dicto, quod scribitur, quod relego, quod emendo, de vita mea tollitur, quot puncta notarii, tot meorum damna sunt temporum. Et si vita nostra aliud non est, quam iter ad mortem,

Gg 4 & ho.

& hora mortis eadem sit quæ iudicii, quid  
vita nostra est, nisi iter ad horredum Chri-  
sti tribunal, qui potest corpus & animam  
mittere in gehennam?

2. Considera, etiam si vita nostra brevis  
sit, brevisq; eius voluptas, longam tamen  
reuera esse propter innumeras miseria-  
eoq; longiorem, quominus nos miseros,  
velut phrenetici, agnoscamus. Quoties ho-  
mo timore, merore, dolore exagitur, et-  
iam sine vlla causa, vt possit dicere cū Iob.

*Iob. 7. Quare posuisti, o Deus, me contrarium tibi?  
& factus sum mihi metipso grauis? Quanta  
molestias & labores sustinet homo, ante-  
quam panem lucretur? Auicula aliaq; be-  
stia sine sudore necessaria sibi parat. solum  
homo noctes diesq; sudare debet. per mare  
pauperiem fugiens, per saxa, per ignes. & con-  
sidera homini illud Psalmi verè cōuenire.*

*Pf. 89. Anni nostri sicut aranea meditabuntur.*  
est, nos in annis nostris velut aranea me-  
ditamur. Aranea enim vt victum sibi parare  
se totam cuiuscerat, & noctu diuque in re-  
ti texendo laborat, & tandem quid capiti  
vilem musculam. Sic homo noctu diuque  
laborat pro vili lucello, & tandem vix pa-  
nem sibi liberisque necessarium parat.  
considera, vt homo liber sit à labore & ca-

ra, aliunde tamen alias ei obrepere miseria, primò innumerorū morborum, quibus pleni sunt Medicorum libri, deinde bellorum, caritatis annonæ, terræmotuū, eluuiorum, furtorum, aliorumque infortuniorum à bestiis & ipsis hominib Quot enim quotidie homines in bellis & extra, gladio, bombardis, aliisq; armis ab hominibus conficiuntur? Iulius Cæsar paucis copiis plus quam decies centena hominū millia trucidauit, & tamen omnium Imperatorum clementissimus dicitur. Quid fecisset, si fuisset tyrannus.

3. Considera, præter hæc omnia, singularem ætatū proprias miseras. Quid aliud est infans, nisi bestiola rationis expertus in specie humana; quid adolescēs, nisi equus indomitus, vel vitulus? quid senectus, nisi omnium morborum & molestiarum sacculus? Senex deserit mundū, & à liberis suis deseritur, deserunt eum propria membra & sensus: deserit & seipsum, cum sæpe delirus sit & ratione vti nesciat. Et tamen oprant omnes, quacunque in ætate sint, fieri senes. Considera, nullum hominem sua sorte esse contentum, quantumuis sit potētissimus. Quot imperatores se sponte imperio abdicarunt? Quot Episcopi E-

Gg 1 pisco-